



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Institvtionvm// Ad Vniversvm// Ivs Pontificivm, Sive//
Canonicvm, Libri Qvatvor**

Lancellotti, Giovanni Paolo

Basileae, 1566

iiij. De Arbitris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61756)

DE ARBITRIS,

TITVLVS III.

Qui sint proprie Arbitri. h. d.

cap. a iudici
bus. S. arbi
trarij. 2. q.
6.

Arbitri^a dicuntur proprie, qui nullam potestatem habentes, consensu litigantium in iudices eliguntur, in quos compromittitur, ut eorum sententia stetur.

Tan in iudicem ordinarium, quam delegatum potest compromitti. h. d.

cap. cdm o-
lim. ext. co.
gl. pen. can.
a iudicibus.
2. q. 6.

Sed etsi qui legitimam in partes potestatem habeant, ab eisdem tamen in arbitros eligi poterunt. Quod non solum de eis intelligendum est^b, qui ordinariam exercent iurisdictionem, verum etiam de his, qui delegatam tantum obtinent.

Ponit personas, in quas non potest compromitti. h. d.

cap. 2. S. ser
ui. 7. q. 7.

Sed neque serui^c, nec, qui seruis similes sunt, monachi & regulares, arbitrium in se recipere possunt. Ad hos enim quies, oratio, & manuum labor, non autem causarum spectat cognitio. Hæretici quoque, apostatae, schismatici, infideles, & excommunicationis vinculo ob delictum proprium innodati, Arbitrorum in se officium assumere non poterunt.

In laicum de re spirituali non potest compromitti, nisi sit clerico adiunctus, uel in eum sit compromissum auctoritate Apostolica, hoc dicit.

Sed nec in eum, cuius licet ex delicto aliquo non sit læsa existimatio, laicus^d tamen est, de re spirituali compromissum fieri potest. Si tamen^e is, aut clerico sit adiunctus, aut Apostolica auctoritate compromissum susceperit, Arbitri partes exequi minime prohibebitur.

d cap. contin-
git. ext. co.
e cap. per tur-
as. in fin. c-
xt. cod.

In fœminas non potest compromitti, nisi id permittat regionis consuetudo, & ordinis. Qui non prohibetur, potest recipere compromissum. h. d.

Fœminæ^f quoque, licet illæ summæ opinionis existant, ab omni iudiciali examine usque adeo sunt separandæ, ut ex illarum sententijs nulla pœna aduersus illius contemptores, nullaque pacti exceptio oriatur, nisi regionis probata consuetudo talium munerum participes illas redderet. Cæteri verò, quos neque sacrorum Canonum, nec secularium legum statuta specialiter arcent, omnes ad tractanda arbitria admittendi erunt.

f cap. dilecti si
lij. ext. cod.

Reperiuntur quidam, qui non possunt compromittere. h. d.

Sicuti autem ij, quos supra recensuimus, arbitria exercere prohibentur, ita etiam illorum quidam compromittere non permittuntur, qui tam ex libris Pontificij, quam Cæsarei iuris commodiùs cognosci poterunt.

Ponit causas, super quibus non potest com-

promitti. Et quod super matrimonio spirituali potest compromitti, secus super carnali. h. d.

a cap. pen. in fin. ext. de restit. in integ. *b* d. cap. pen. in initio.

Pleræq; etiam causæ arbitrorum notionem effugiunt: nam^a liberales, matrimoniorum, filiationum, monachationum, conuersionum, in integrum restitutionum: itē^b criminales, & quæ maiores iudices exigunt, per arbitros cognosci non possunt. Quod autem diximus de matrimonijs compromitti non posse, de carnalibus intelligendum est: nam quod de spirituali matrimonio compromitti possit, secundū ea, quæ suprà diximus, nulla est dubitatio.

Arbiter super pluribus, si super uno tantum pronuntiet, non expirat compromissum, nisi si habuerit à partibus facultatem ita pronuntiandi. h. d.

Finiuntur autem arbitria pluribus modis: utputà, sententiæ prolatione, & temporis lapsu. Sententiæ prolatione finiuntur arbitria, cum de omnibus, de quibus compromissum fuerit, arbiter pronuntiauit. Nam si de quibusdam tantum sententiam rulerit, nisi talem pronuntiandi potestatem à partibus habuerit, compromissum non expirat.

Termini lapsu compromissum expirat. h. d.

Lapsu temporis expirat arbitrium, cum terminus compromisso comprehensus re infecta labitur.

Morte tam arbitrorum, quam compromit-

tentium expirat compromissum, nisi specialiter sit dictum de hæredibus Compromittentium. h. d.

Mortis^c quoq; interuentu cōpromissa irritantur, tam arbitrorum, quàm litigatorum. Compromissum^d enim in compromittentis hæredes non extēditur, nisi de his quoq; specialiter caueatur. Sunt & alij modi, quibus compromissa finiuntur: quos tamen, ut ad cœptum iudicarij ordinis propositum festinemus, ex alijs iuris libris cognoscendos relinquimus.

DE IN IUS VOCANDO,

TITVLVS V.

Iudex debet habere notarium, uel duos uiros idoneos, qui scribant acta iudicij. h. d.

ERgo si partes neque pactionibus, neq; transactionibus, neq; compromissis concordare reddi poterunt, ad iudicem deueniendum erit. Illud autē imprimis pspicere iudicē oportebit, ne scilicet debitæ solennitates in iudicio prætermittantur: adhibebitq;^e publicam perfonam, aut duos uiros idoneos, qui vniuersa acta iudicij conscribant, ut Innocentiana constitutione, in generali concilio edita, latius continetur.

Initium iudiciorum est citatio, sine qua omnes alius regulariter sunt nulli. h. d.

Omni-

c cap. pen. ext. de offic. de leg. cap. ex parte. in fi. ext. cod. *d* cap. fin. ext. cod.

e cap. quoniam contra. ext. de probat.